DISQVISITIONES LEGALES

D. FERDINANDI MATVTE DE AZEVEDO I.C. HISPANI.

DISQVISITIONVM LEGALIVM FORENSIVM IVDICIORVM SEMICENTVRIA FERTILISSIMA

Opus Poſthumum,

D. FERDINANDI MATVTE DE AZEVEDO I. C. HISPANI

Conſultoris Regni Siciliæ Vltra Doctiſſimi.

OMNIBVS IVSDICENTIBVS, CAVSARVMQ; PATRONIS, & in foro verſantibus apprimè vtile, ac neceſſarium,

Nùnc primò in lucem aditum,

PRÆCIPVO STVDIO, LABORE, AC DILIGENTIA PVBLICATVM,

Summarijs ſuis in locis adiectis, Indicequè locupletiſſimo, Cum Argumentis auctum, & digeſtum.

BIBLIO... UNIVERSITARIA SALAMANCA

PANORMI,

Ex Typographia Ioannis Baptiſtæ Ruſſi. M. DC. LIII.

SVPERIORVM PERMISSV.

INDEX ARGVMENTORVM.

Diſquiſitio. 1.

HÆres grauatus meliorationem facere inter filios, vel nepotes, an poſſit eam facere, & vſq; ad pronepotes extendere.

Diſquiſitio. 2.

Ordinarius, qui habet fundatam intẽtionem de iure cõmuni in collatione omnium beneficiorum, quæ vacant in ſua Diœceſi, an poſſit vacante Sede Apoſtolica per mortẽ Papæ conferre omnia beneficia vacantia, quę aliàs eſſent Apoſtolica.

Diſquiſitio 3.

Obligatio in cõtractu facta, ſolùm intelligitur de primo actu, etiam ſi poſtea euanuerit, nec ſortita fuerit effectum, quod an procedat, etiam fauore piæ cauſæ.

Diſquiſitio 4.

Ex facto poſſeſſoris maioratus, an verus, & legitimus ſucceſſor poſſit eum ammittere.

Diſquiſitio 5.

Lite pendente coram Iudice ſæculari ſuper ſucceſſione maioratus, in quo clauſula negatiua illegitimitatis ineſt, an ſententiæ Rotæ, vbi declaratur ſucceſſorem eſſe illegitimũ impediat Iudicem ſæcularẽ, nè ampliùs ſe intromittat in cognitione cauſæ ſucceſſionis. Et quis horũ Iudicum competens ad cognoſcendũ de nullitatibus propoſitis contra dictam ſententiam, ac de reſtitutione aduerſus eam petita.

Diſquiſitio 6.

Vtrum relictum filijs fratris nominatim ratione paupertatis, & affectionis, intelligatur etiam relictum natis poſt teſtamentum, licèt non nominatis.

Diſquiſitio 7.

An in vinculi ſucceſſione ſufficiet verbũ *maior dicrũ*, vt matertera eius maioris ſororis filium excludere poſſit.

Diſquiſitio 8.

Committẽs delictum, per quod pœna confiſcationis bonorum impoſita eſt, an moriens antequam ſententia ſit contra eum prolata poſſit teſtari, & hæredẽ contra Fiſcum inſtituere.

Diſquiſitio 9.

Subſtitutus hæres ſub conditione, quæ adimpleta non fuit ex capite impotentiæ, an poſſit venientes ab inteſtato excludere.

Diſquiſitio 10.

Teſtamentum an nullum dicatur, vbi teſtator nullum hęredem inſtituit, & an reſpectu exequutorum teſtamẽti habeat locum *tex. in l. fin. C. de edicto diu. Adrian. tollen.* ad intellectum materiamq; *text. in l. conficiuntur, C. de iure codicill. & cap. cum tibi de teſtament. ſolemn..* & dilucida explicatio.

Diſquiſitio 11.

Is, qui ratione cõſanguinitatis fundatoris in patronatum ſuccedit, an habeat poteſtatem nominandi ſe ipsũ in Cappellania, ſeu beneficio, & an iura duarum perſonarum in vna, eademq; perſona concurrere poſſe.

Diſquiſitio 12.

Legatum relictum ſub conditione de non alienando, præceptoq; quod ſemper de maiori in maiorem hęredem ad inſtar maioratus poſſideatur, an in vltimo hærede remaneat liberum, ad intellectum *text. in §. nos igitur, auth. de reſtitutione fideicõmiſſi*, & exornationem doctrinæ Alciati contra Molinam.

Diſquiſitio 13.

Monaſterium quod Monachæ legitimam in parentum ſuorum fauorem renunciandi ſcripturã fecit, an eam adimplendi, parentibus mortuis ante Monachæ profeſſionem, obligatum erit.

Diſ-

DISQVISITIONVM LEGALIVM SEMICENTVRIA D. FERDINANDI MATVTE DE AZEVEDO I. C. HISPANI,

Conſultoris Regni Siciliæ Vltra.

SVMMARIVM.

1 *Tex. in l. cum pater §. hæreditatem. ff. de legatis 2. declaratur, & eius doctrina extollitur, & numer. 18. & 19.*

2 *Habens facultatem eligendi vnum ex pluribus filijs virtute talis facultatis non poteſt eligere nepotes.*

3 *Appellatione nepotis pronepos non cõtinetur.*

4 *In teſtamentis, & ſubſtitutionibus verba propriè ſunt intelligenda, nec à proprietate ſermonis eſt recedendum, licet adſit præſumpta teſtatoris voluntas in contrarium.*

5 *Communis vſus loquendi attendendus eſt in vltimis voluntatibus, quod procedit ſine dubio in voluntate illiterata perſonæ.*

6 *In fideicõmiſſaria ſubſtitutione, etiam ſi aliud conſideretur appellatio filiorũ, non comprehenduntur nepotes. Tex. in l. quod ſi nepotes ff. de teſtamentaria tutela, & in §. fin. inſtitut. qui teſtamento tutores dari poſſunt examinatur, ibidem.*

7 *Fideicommiſſi extenſio odioſa eſt, additio autem fauorabilis.*

8 *Fideicommiſſaria diſpoſitio interpretanda eſt, vt perſona honorata minus grauetur.*

9 *Fideicommiſſum de perſona ad perſonam nunquam extenditur.*

10 *Filiorum nomine non compræbenduntur nepotes nondum nati, vel concepti tempore conditi teſtamenti.*

11 *Appellatione filiorum non veniunt poſthumi.*

12 *Qualis ſit teſtatoris voluntas colligitur non ſolum ex antecedentibus, ſed etiam ex ſubſequentibus.*